

Negative. Ad tertium Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam. Ad quartum ad Mentem.

- 32 Et cum nihilominus Episcopus, posthabita dicta resolutione, Procurationem singulis annis adhuc voluisset exigere, propositis duobus sequentibus dubiis: I. An constet de exactione procurationum contra formam Resolutionis Sacre Congregationis diei 1. Jun. 1737. in casu Sc. & quatenus Affirmative, II. An Episcopus Polycastren. incurrit penas contentas in cap. Exigit, de censib. in 6. & cap. 3. sess. 24. de reformat. Sac. Conc. Trid. in casu Sc. Ead. Sac. Cong. die 7. Apr. 1742. Respondit Affirmative ad utrumque. Sic apud Thesaur. Resol. dicitur. annor.
- 33 Et eadem Sac. Cong. si quando aliquid exactum fuit supra quam exigi debuisset, jussit restitui, ut in Nullius provincia Hispanen. 11. Septemb. 1706. in Bridnorien. 27. Aug. 1712. lib. 61. decret. pag. 326. in Florentina 7. Jun. 1727. lib. 77. decret. pag. 342. & in Pacen. 29. Jan. 1729. lib. 79. decret. pag. 35. ut apud Thesaur. Resolution. tom. 6. in causa S. Marci Visitationis.
- 34 Quæstio, de qua Auctor n. 13. agit, an Episcopus exigere valeat procurationem ab Ecclesiis in Civitate positas, si ad tramites juris resolvenda sit, non negative, ut sentit ipse Auctor, sed affirmative resolvi debet. In text. enim in cap. 24. de censib. Honorius III. statuit, ut & Ecclesiæ positæ in civitate oneri procurationis subjactæ esse debeant, ut patet ex ejus verbis, & tradunt Gonzalez Commentar. ad d. cap. 24. n. 2. & Nicolaus le Maistre de bon. & possession. ecclesiast. lib. 2. cap. 1. fol. 174. edit. Parisiensis anni 1636.
- 35 Ceterum in foro prævaluit opinio, quod non tenetur ad procurationem Ecclesiæ in civitate positæ. Quinimmo, & receptum est, ut Episcopus exigere nec valeat procurationem visitando Clerum, & oppidum suæ diocesis, si aliqua parte anni resideret, rescripsit Sac. Cong. Conc. Interpres in Polycastren. Procurationis 1. Junii 1637. Vid. n. 31. & seqq.
- 37 Pariter quæstio illa, an Episcopus iterando eodem anno visitationem, possit iterum procurationem exigere, attendita dispositione juris in cap. 21. de censib. pro ipso Episcopo esset decidenda. At & contrarium in praxi servatur. Quofortassis respiciens Sac. Cong. Conc. inerpres resolvit, Episcopo eodem anno iteranti visitationem non deberi iteram procurationem, ut in S. Marci 23. Januar. 1723. & in alia Polycastren. 18. Maii 1737. Vid. n. 28. & 31.
- 38 De summa, in qua præstari debeant procurationes, quatenus non subministrentur victualia, vide Resolutiones Sac. Cong. Conc. Interpres relatas à P. Gaudentio à Janua de visitat. dub. 6. provincial. n. 6. easque varias pro varietate locorum. Vid. lit. S. pag. 439. col. 1. in nov.)

## PROCURATOR.

- 1 Procurator ex nominis etymologia idem est ac pro alio Curator, nempe pro domino, cujus loco, & nomine res, seu negotia sua gerit, & administrat; Unde Procurator est, qui aliena negotia mandato Domini administrat; Sic expresse definitur in l. Procurator 1. ff. de Procuratoribus.
- 2 Procurator alius est Procurator ad Judicia, seu Judicialis & alius Procurator ad Negotia, seu Extrajudicialis. Procurator ad Judicia, seu Judicialis, est ille, qui alterius vices in sustinendis Judiciis gerit, atque in his alieno nomine lites prosequitur; Procurator ad Negotia, seu Extrajudicialis, est ille, cui negotia extra Judicium gerenda committuntur, seu demandantur. Sic in re Communis.
- 3 Item Procurator alius est generalis, & alius specialis. Procurator generalis est ille, cui universorum bo-

norum, seu negotiorum administratio commissa est; l. Procurator 1. §. 1. & l. Procurator totorum bonorum 63. ff. de Procuratoribus, & cap. Dilectus 11. juncta Glossa verb. Generalis, de procuratoribus. Et sic etiam Procurator generalis ad Judicia, seu lites est, ille qui ad omnes lites, tum præsentis, tum futuras sui Principalis prosequendas constitutus est. Procurator specialis est contra idem, qui ad certum dumtaxat negotium, aut ad certam dumtaxat litem expediendam constitutus est, l. Procurator 1. §. 1. ff. de procuratoribus. Et sic in re Communis. (Consonant leges 1. 13. & 14. tit. 1. p. 3. ex leg. 20. tit. 12. p. 5.)

Item Procurator generalis alius est constitutus adjecta clausula cum libera, hoc est, cum plena, & libera potestate administrandi omnia, quæ Domini sunt ut l. Procurator cui §. 8. de procuratoribus. Et alius simpliciter constituitur sine adjecta tali clausula cum libera, ut fit in cit. l. Procurator totorum bonorum 63. ff. de procuratoribus. (Leg. 14. & 19. tit. 5. p. 3.)

Item Procurator alius est datus in rem alienam, & alius datus in rem suam. Procurator datus in rem alienam est ille, qui aliena negotia de mandato Domini administrat in ejus utilitatem, & talis est proprie dicitur Procurator. Procurator datus in rem suam est ille, qui aliena negotia de mandato Domini administrat, sed in propriam suam utilitatem sive commodum; Ut si Pater Filio, vel Dominus Extraneo cedat omnia sua Jura, & bona, & eum constituat Procuratorem in talia Jura, & bona, & talis dicitur Procurator solum improprie. Sic in re Communis.

Item Procurator alius est verus, & alius falsus. Procurator verus est ille, qui legitimum habet mandatum procuratorium. Procurator falsus est ille, qui vel nullum habet mandatum Procuratorium; Vel si habet, non est legitimum, nec sufficiens; ut si habeat solum mandatum generale, ubi requiritur speciale, vel habet mandatum impertinens ad causam pendentem, vel mandatum jam revocatum. Sic in re Communis, (ex præcitatæ titulis inferitur.)

Item Procuratores alii sunt simpliciter constituti, & alii in solidum. Procuratores simpliciter constituti sunt illi, qui plures simul constituntur, non adjecta clausula in solidum, adeo ut unus sine alio non debeat admitti, nec negotium, sive causam ejusmodi solus possit expedire, sed necessum sit, ut simul intersint, & quisque eorum pro sua concurrat, cap. Si duo 6. de procuratoribus in 6. cap. Causam Maximonii 16. de Offic. Delegat. & l. Duo ex tribus, ff. de re judicat. Procuratores in solidum constituti sunt illi, qui plures simul constituntur, adjecta hac clausula in solidum, hoc est, in totum, adeo ut quilibet eorum ex se solo possit negotium, sive causam ejusmodi expedire; Cum hoc tamen, quod postquam unus primo per lites contestationem negotium, sive causam occupavit, alii penitus excludantur, nisi forsitan in constitutione talium Procuratorum fuerit adjectum, quod primo occupante causam non prosequente, nec alium substituente, alter admittatur; text. expresso in cit. cap. Si duo 6. de procuratoribus in 6. ibi: "Si duo Procuratores simul non adjecto in solidum deputentur, unus sine altero non debet admitti; Secus si sint in solidum constituti, sed tunc illius melior erit conditio, qui per lites contestationem negotium primitus occupabit; Post occupationem autem, & hujusmodi alter se intromittere nequebit ulterius, cum ille lites dominus sit effectus; nisi dictum in constitutione fuisset, quod non fieret melior conditio occupantis. Tunc enim, si eum, qui occupavit, infirmari, mori, absentari, vel alias impediri contingat, aut si qui prosequi sorte noluit, poterit alter suscipere, ac perficere negotium ab alio inchoatum, dum tamen ab alio non fuerit alius substitutus: nam si sit, is præferri debet eidem;" juncto Summario, & Glossa ibi. communiter recepta.

Generatim loquendo quilibet, qui non reperitur in Jure prohibitus, potest Procuratorem constituere. Communis.

munis, per text. in l. Mutus 43. §. 1. ff. de procurator. (Leg. 18. tit. 5. p. 3.)

9 In Jure autem prohibetur constituere Procuratorem Pupillus, vel Minor habens Curatorem, nisi adsit Tutoris seu Curatoris Auctoritas; Neque Tutores 11. Cod. de procuratoribus. (Leg. 3. & 5. tit. 5. p. 3. vid. verb. Tutela.)

10 Item Filius familias non aliter constituit Procuratorem, nisi quatenus ipse experiri potest; l. Filius familias 8. ff. de procuratoribus. (Leg. 2. tit. 5. p. 3.)

11 Item capti ab hostibus nequeunt dare, vel habere Procuratorem, quia quamdiu sunt in potestate hostium, non sunt sui juris, nec rerum suarum Domini; l. Ab hostibus, ff. Ex quibus causis majores &c. Et sic de aliis similibus. (Vid. lit. T. p. 50.)

12 Item excommunicati excommunicatione majori non possunt constituere procuratorem ad agendum. Communis, arg. cap. ultim. de Procuratoribus. Possunt tamen Excommunicati Procuratorem constituere ad defendendum, seu quando ab aliis in Judicio conveniuntur; Communis, text. expresso in cap. Intelleximus 7. de Judiciis, ibi: "Quia postulasti a nobis utrum Excommunicatus in Judicio stare possit? Respondemus, quod conveniri potest, & debet per alium respondere in Judicio, ne videatur de sua malicia commodum reportare."

14 Generatim loquendo quilibet, qui non reperitur in Jure prohibitus, potest Procuratorem constituere. Communis, per text. in cap. Non indiscrete 1. §. 1. de procuratoribus in 6. & lib. Mutus 43. §. 1. ff. eod. (Vid. sup. n. 8.)

15 In Jure autem prohibetur esse Procuratores Excommunicati excommunicatione majori. Communis, arg. cap. ultim. de procurat. & cap. Intelleximus 3. de Judiciis. (Vid. D. Gonzal. Suarez de Paz 1. p. tom. 1. temp. 5. ex n. 40.)

16 Item Procuratores constitui in foro Laicali prohibentur Clerici Beneficiati, seu in Sacris constituti. Communis, per text. in Auctor. de Sac. Episcop. §. Deo autem, cap. Quia Episcopus 5. q. 3. cap. Nullus 11. q. 1. cap. Credo 21. q. 3. cap. Clerici 1. de postulando, cap. Multa sunt negotia 1. cap. Sacerdotibus 2. & cap. Sed nec 4. Ne Clerici, vel Monachi. Vide verb. Clericus art. 3. n. 58. & seqq.

17 Item prohibentur esse Procuratores Religiosi, nisi cum licentia sui Prælati, & pro utilitate sui monasterii, vel suæ Religionis. Communis per text. in Clem. Religiosus de procuratoribus, cap. 4. de postulando, cap. De presentium, & cap. Monachi 16. q. 1. cum similibus.

18 Fratres autem Minores, nedum non possunt esse Procuratores, & Advocati, sed neque possunt personaliter assistere Procuratoribus, & Advocatis ad eosdem instigandos, quando ipsorum negotia pro rebus temporalibus agitantur in Curia. Communis, per text. in Clement. Extivi §. Proinde, de verb. significat. Ubi adducitur ratio, quia Fratres Minores nihil habent proprium, nequidem in communi, sicuti habent alii Regulares; Atqui ex talibus assistentis in Curia, &

instigationibus, cum de rebus agitur in ipsorum commoda convertendis, creduntur verisimiliter ex his, quæ foris parent (de quibus habent homines foris judicare) in ipsis rebus Fratres assistentes aliquid querere tamquam suum" prout argumentatur Pontifex ibid. adeoque nullo modo debent hoc facere, ut & testimonium habeant ab his, qui foris sum, & puritati satisfaciunt voti sui, ac evitetur per hoc scandalum pusillorum, ut ibid. subjungit Pontifex. (Vid. lit. P. pag. 52. in add. hisp. Ad rem vid. in Supplem. Tom. X. lit. R.)

Item prohibentur esse Procuratores esse omnes im-  
puberes, l. Fœminæ 2. ff. de Regul. Juris.

Immo etiam minores septemdecim annis non possunt esse Procuratores, nequidem ad negotia; & Minores viginti quinque annis nequeunt esse Procuratores ad judicia, cap. Qui generalis §. final. de Procuratoribus in 6. & leg. Minor 51. ff. eodem.

(Vid. leg. 2. §. 12. & 19. tit. 5. p. 3. quæ quidem cum præcedenti doctrina convenit, dum de Procuratoribus ad Judicia est sermo: si de Procuratoribus ad negotia, decem & septem anni requiruntur: super hoc sistet parumper, & refectio quæ lit. T. ex pag. 106. insinuatur.)

Item prohibentur, & ab officio Procuratoris excluduntur fœminæ, l. Alienum Cod. de Probationib. & cit. l. Fœminæ 2. ff. de Regul. Juris; Exceptis necessitatibus suorum parentum, quo quibus, alio non existente Procuratore, possunt fœminæ Procuratores obire Officium, text. expresso in l. Fœminas 41. ff. de Procuratoribus, ibi: "Fœminas pro parentibus agere interdum permittitur causa cognita, si forte parentes morbus, aut ætas impediatur, nec quemquam vice agat, habeant." (Leg. 5. & 12. tit. 5. p. 3.)

Item prohibentur esse Procuratores in alienis negotiis milites, l. Neque Fœminæ 54. de Procuratoribus; Ipsis enim, quia armis, & non privatis negotiis occupari debent, nec pro conjunctis personis, v. g. Patre, Matre, vel Uxore, Procuratores vices agere possunt, l. Militem 7. Cod. de Procuratoribus. Possunt tamen Milites esse Procuratores in propriis causis, & negotiis, l. Qui stipendia 9. Cod. de Procuratoribus. Sicut & in negotiis suæ Cohortis, l. Filius familias §. Veterani, ff. de procuratoribus. (Leg. 6. & 7. tit. 5. p. 3.)

Item Potentiores prohibentur esse Procuratores ad lites, lib. Divini admodum 1. Cod. Ne liceat potentioribus. Et idem dicendum est de Redemptoribus alienarum litem, arg. leg. Litem 14. de procuratoribus. (Leg. 11. tit. 5. p. 3.)

Item jure Canonico prohibentur esse Procuratores omnes infames, text. expresso in cap. infamis 1. caus. 3. q. 7. ibi: "Infamis persona nec Procurator esse potest, cap. Infames 2. ead. caus. 3. & q. 7. ibi: "Infames non possunt esse Procuratores, vel Patroni causarum, cum similibus. Dicitur autem notanter jure canonico; Nam spectato jure civili, infames non prohibentur esse procuratores, §. final. Institution. de Exceptionibus.

(Nostro jure qui aliquid gravis criminis fuerit accusatus, dum perdat accusatio, esse Procuratorem prohibetur: ita per leg. 5. tit. 5. p. 3. decernitur; sed per leg.

Frater relatum ætatem, licet titulum legitimum habuerint, (1) nemo in Regno Hispaniæ munus precipue in Supremis Tribunalibus exercere valebit, quin prius subeat examen, juramentum præstet, eorumque numero adscribatur. (2) Vid. verb. Coadjutor n. 22.

(1) L. 5. tit. 5. p. 3. Ser puede personero por otro todo ome à quien non es defendido por alguna de las leyes de este libro. É a quien lo defienden son estos: el menor de veinte y cinco años: L. 4. tit. 25. lib. 4. Ibi: Mandamos que se formen quatro diferencias de sellos: §. 1. n. 7. Titulos de oficios de Gobernadores: Procuradores: sello mayor:

(2) L. 1. tit. 24. lib. 2. Ordenamos, y mandamos que los Procuradores que se oviere de rescebir en las nuestras Audiencias. antes que usen de los dichos ofi-

cios, se presenten ante los Presidentes, y Oidores para que vean, y examinen si son hábiles para exercer los dichos oficios; y si hallaren que son hábiles, les den facultad para ante Escribano para usar del dicho oficio; y hagan juramento ante ellos, que usarán bien, y fielmente sus oficios, y sean escritos en la matricula de los Procuradores; y que en nuestras Audiencias ninguna persona haga auto, ni de petición, ni se resciba sino fuere de los dichos Procuradores del Numero, y examinados, como dicho es:

leg. 7. tit. 6. p. 7. (Vid. lit. I, pag. 156. in fin. vers. In sextan) stabilitur, aliquem infamia notatum esse procuratorem valere; vid. eam cum glos. utrumque; postquam sic executum fuerit, etiamque dictam addit. nov. lit. I, recognoveris, in consilium mentem dirige.)

25 Procurator judicialis, seu ad iudicia post litem contestatam potest alium instituire; tunc enim Dominus litis jam effectus est. *Communis*, text. expresso in cap. Non indiscrete 1. §. Licet a procuratoribus in 6. & lib. Nulla, Cod. eodem, cum similibus.

26 Et a fortiori potest alium libere substituere procuratorem extrajudicialis, seu ad negotia. *Communis*, text. expresso in cit. cap. Non indiscrete 1. §. Procurator, de procuratoribus in 6. Cum enim in negotiis non agatur de tam gravi præjudicio, sicut in judicialibus, sic potest alium substituere Procurator judicialis, seu ad iudicia, vel ad lites, a fortiori poterit alium substituere procuratorem extrajudicialis, seu ad negotia.

(Leg. 19. tit. 5. & leg. 8. tit. 10. p. 3. Ita est determinatum, si lites fuerit contestata: secus vero non potest alium substituere, nisi ad hoc habuerit mandatum; ceterum procuratores ad negotia, quando voluerint, substitui; non dubitatur, in his casibus industriam certæ personæ eligi: hoc nec effecere posse præter in mandato expressum: in praxi observatur per se iudicia a procuratore primo loco nominato esse proseguenda, & si iste defecerit, qui sequitur, eius locum occupat; postquam ea omnia meditata fueris, dictis decisionibus presentibus, quod magis tibi placuerit, iudica.)

27 Procurator non præiudicat Domino, si extra fines mandati aliquod egerit. *Communis*, per text. in l. Si procurator 10. Cod. de Procuratoribus. Talis enim procurator fines mandati excedens aliud agit, quam sibi fuerat injunctum, l. Diligenter, ff. Mandati, adeoque non præiudicat Domino, ne quis alieno facto oneretur, leg. In causa 27. ff. de procuratoribus.

28 Procuratoris generalis omnium rerum factum, seu negligentia, vel dolus nocet Domino. *Communis*, per text. in l. Procuratoris, ff. de Tributor. action. Dominus enim debet sibi imputare, quod negligentem, aut dolosum Procuratorem præsertim generalem omnium suarum rerum constituerit, l. Cum mandato, ff. de Minoribus. Poterit tamen Dominus actione mandati directæ agere contra talem Procuratorem de omni damno, & interesse per ejus dolum, culpam, aut negligentiam sibi illato, l. Si procurator 10. l. Licet in popularibus 42. §. Ea obligatio. Cod. de procuratoribus, l. Si procuratorem §. 8. final. ff. Mandati, & l. Procuratorem, Cod. eodem, cum similibus.

30 Item nocet Domino etiam factum, seu negligentia, vel dolus procuratoris specialis, qui fines Mandati non excessit. *Communis*, per text. in l. Procurator 10. Cod. de procuratoribus. l. Eum qui res Cod. eod. l. Quoties, Cod. de dignit. cap. Cum olim Abbas 32. de Offic. Deleg. cap. Cum olim 7. de causa possessor. & proprietat. cum similibus. Et contra hunc etiam Procuratorem poterit Dominus, actione Mandati directæ, agere de omni damno, & interesse per ejus dolum, culpam, aut negligentiam sibi illato. *Communis*, per citata Jura sub n. 29.

32 Procuratoris tamen specialis factum, seu negligentia, vel dolus non nocet Domino, si fines Mandati excesserit. *Communis*, per text. in l. Si procurator 10. Cod. de procuratoribus, ibi: "Si Procurator ad unam speciem constitutus officium mandati egressus est, vid. quod gessit, nullum Domino præiudicium face- re potuit," & patet ex dictis supra n. 27. (De hac doctrina vid. leg. 25. & 26. tit. 5. p. 3. 20. 21. 22. & 23. tit. 12. pag. 5.)

33 Procuratoris officium finitur quinque potissimum modis. Et primo finitur Revocatione: Procurator enim, tum judicialis, tum extrajudicialis, re integra, potest libere a Domino revocari etiam sine causa, cap. Quamvis 2. de Procuratoribus in 6. l. Si Procuratorem §. Recite, Inst. de Mandato. Re autem non integra, seu post

litem contestatam, aut inceptum negotium, revocari potest solum cum justa, & rationabili causa, cit. cap. Quamvis, de procuratoribus in 6. l. Post litem 17. ff. de procuratoribus.

34 Causæ autem justæ, & rationabiles revocandi Procuratorem etiam re non amplius recepte recensentur in cap. Quamvis 2. de procuratoribus in 6. ubi postquam Pontifex dicit: "Quamvis procurator possitante litem contestatam, etiam sine causa libere a Domino revocari, statim subjungit: Postea tamen ipso nolente nequibit, nisi eum cum Domino inimicum fieri, vel suspectum, aut adversario affinitate conjungi, vel ejus heredem fieri, seu ingredi Religionem, aut in longum peregrinari, vel ægritudine, aut vinculis detineri contingat, seu alia rationabilis causa subsit, propter quam sit merito revocandus."

Secundo, finitur renunciatione, seu mutuo consensu Principium, scilicet Domini constituentis, & procuratoris constituti, l. Mutari 24. ff. de Procuratoribus, juncta Glossa ibid. Mutari recepta, & cap. Omnis res 1. de Regul. Juris, ibi: Omnis per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur. (Vid. lit. V, p. 168. col. 2. in princip. Conducunt multe decisiones in 5. & 6. part. comprehensæ.)

35 Tertio, finitur finita instantia Judicii, id est, post latam sententiam definitivam; Tunc enim licet possit & debeat procurator a tali sententia appellare, vel saltem statim Dominum admonere, ut ipse, si velit, appellare possit, tamen non tenetur appellationem prosequi invitatus, adeoque censetur ex tunc expirare ejus officium; cap. Non iniuste 14. de Procuratoribus, & lib. Invitus 17. Cod. eodem.

37 Quarto, finitur per mortem Domini ipsam constituentis, si moriatur re integra, alias secus, §. Item 10. Inst. de mandato, l. Inter causas 26. ff. Mandati, ibi: Inter causas omittendi Mandati etiam mors Mandatoris est, nam Mandatum solvitur morte: Si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis causa dicit: Ne scilicet justa ignorantia culpam damnum afferat, ut dicitur in cit. §. Item ibi: Alioquin justa, & probabilis ignorantia tibi damnum adferret.

38 Quinto, finitur per mortem ipsius procuratoris; Tale enim officium non transit ad heredes, cum censetur electa industria personæ, l. Si quis alicui 37. §. 3. ibi: Morte quoque ejus, cui mandatum est, si integro adhuc Mandato, decesserit, solvitur Mandatum: & ob id heres ejus, licet executor fuerit Mandatum, non habet Mandati actionem, & concordat cit. §. Item 10. Inst. de Mandato. (Quæ ex n. 33, sunt inserta leg. 23. & 24. tit. 5. p. 3. fere comprobant.)

39 Procurator unus, qui sit viri, & alter, qui sit procurator mulieris, baptizatum de Sacro Fonte suscipere possunt, sed non duo viri, nec duo mulieres, unusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri. Sacra Cong. Conc. apud Barbosa in Summa Apostolicar. Decis. verb. Procurator n. 1.

40 Procurator non contrahit cognationem spirituales sibi, sed Mandanti. Sac. Cong. Conc. in Tridentina 16. Maii 1650. Barbosa. l. c. n. 4.

41 Procurator pro contrahendo cum absente matrimonio potest esse diversi sexus ab illo, cujus nomine contrahit; unde potest femina contrahere pro viro, & contra vir pro femina; Agit enim non suo, sed alterius nomine, Vide Matrim. art. 1. n. 36.

42 Nec requiritur, quod Procurator sit certæ ætatis; Quamvis enim cap. Qui generaliter §. final. de Procurator. in 6. & l. Minor. 51. ff. eod. iuxta dicta supra n. 20. dicatur, Procuratores ad negotia debere esse 17. annorum, tamen id non requiritur in matrimonio, in quo non exigitur industria procuratoris; sed tantum manifestatio consensus: unde sufficit, quod sit in ætate sufficiente ad manifestandum sui Principalis consensum, quamvis necdum esset pubes. Vide d. verb. Matrimonium n. 37.

43 Impedimentum cognationis spiritualis Procuratoris, qui

## PROFESSIO REGULARIS.

Professio Regularis, seu Religiosa est promissio libere facta, & legitime accepta, qua quis in debita ætate constitutus post annum probationis expletum se adstringit Religioni ab Ecclesia approbatæ. Est in re Communis.

Professio Regularis, seu Religiosa est duplex, una expressa, & alia tacita. Professio expressa est illa, quæ fit verbo, vel scripto, vel utroque simul; vel etiam nutu, aut signis in manibus legitimi Superioris, iuxta formam Religionis professæ. Professio tacita est illa, quæ fit sine verbo, vel scripto, & mentem suam obligandi se ad tria vota, & certam Religionem signo, vel facto alio externo satis manifestat. Ita in re Communis.

Ad valorem professionis requiritur ætas annorum sexdecim completorum. *Communis*, text. expresso in Conc. Trid. sess. 25. de Regularibus cap. 15. ibi: In quacumque Religione tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum... Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regula, vel Religionis, vel Ordinis observationem, aut alios quoscumque effectus.

Anni sexdecim ad professionem requisiti debent esse completi de momento ad momentum; Unde si professio fiat per aliquot tantum horas ante completum annum decimum sextum ætatis, est nulla. Vide verb. Annus probationis a n. 25. & verb. Moniales art. 1. n. 88. & 90. Etas autem incipit a die natiuitatis, non a die Baptismi. Sac. Congregat. Concil. in Corion. 4. Decembr. 1627.

Item ad valorem professionis prærequiritur annus probationis completus. *Communis*, text. expresso in Conc. Trid. loc. cit. ibi: Nec qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur; professio autem antea facta sit nulla &c. Et quidem hic annus debet esse completus de momento in momentum, adeo ut professio facta nondum completo anno, etiam per modicum tempus, esset nulla. Vide d. verb. Annus probationis n. 20. Immo ita debet esse completus, & integer annus Novitiatus, seu probationis, ut anno bisextili debeat necessario computari lapsus diei, qui tunc de novo additur, cum illi duos dies pro uno computentur. Vide d. verb. Annus probationis n. 27. & 28. Insuper hic annus probationis debet esse continuus, ita ut Novitiatus annum probationis animo Religionem deserendi interruptus, licet per duas solas horas, teneatur incipere de novo annum Novitiatus. Vide d. verb. Annus Probationis a n. 10. ad 24. Et talis annus probationis debet necessario peragi cum Habitu Regulari, & non cum Habitu seculari. Vide d. verb. Annus probationis n. 3. & 4.

Professio potest in articulo mortis emitti, etiam anno Novitiatus non completo, Dummodo Novitiatus, seu Novitia habeat legitimam ætatem. Vide verb. Moniales art. 1. n. 96. Si tamen hujusmodi Novitiatus, vel Novitia convalescerit, debet iterum profiteri. Vide ibid. n. 97. Talis autem professio emissa in articulo mortis, anno Novitiatus nondum completo, non suffragatur, nisi quoad acquisitionem indulgentiarum favore profitentis, non autem quoad acquisitionem dotis favore monasterii, cum ipsa debeat restitui ejus consanguineis hæredibus. Vide ibid. n. 98. & vide etiam varia decreta relata ab Ursaya tom. 2. p. 2. discept. 24. An autem professio emissa in articulo mortis, anno probationis jam integre completo, prosit monasterio quoad acquisitionem bonorum. Vide ib. n. 99. & 100.

Professio facta post decimum sextum annum, sed ante decimum octavum requisitum a Statuto Ordinis Minorum, non annullante, aut irritante, valida est. Sac. Cong. Conc. 2. Novembr. 1582. apud Barbosa in

qui puellam ad Baptismum susceptum, non obstat quominus matrimonium contrahere valeat cum puella suscepta, respondit Sac. Cong. Conc. in Theatina Marimonii 23. Aug. & 1. Sept. 1721. apud Thesaurum Resolutionum Sacræ Cong. Concil. quæ Resolutiones prosant Venetiis apud Joannem Baptistam Recurti.

44 Procurator Generalis Observantium debet præcedere in Capella Pontificis procuratorum Patrum Conventualium; Sacr. Cong. Rit. 26. Novembr. 1593. & 11. Jan. 1602. ex approbante Sanctissimo, ut patet Decreto ad literam relato à Lantusa in Theat. Regul. verbo Procurator, n. 6. ut infra.

45 Viso memoriali pro Procuratore Generali Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, Sanctissimi Domino Nostro portico, & à Sanctitate Sua Congregationi Sacrorum Rituum transmissa, super præcedentia eidem Procuratori in Capella Sanctissimi ante Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis conventualium competenti, ac Decreto alias sub die 26. Novembris 1593. ad ejusdem Procuratoris de Observantia favorem facta.

46 Congregatio 21. Jan. 1602. stetit in decisio, facta etiam eidem SS. Domino Nostro (iuxta ejusdem Sanctissimi Rescriptum) de præmissis relatione, Sanctissimæ sua dicta decreta approbavit, & ab his, ad quos spectat, observari mandavit. P. H. Card. Com. Loco Sigilli. Alexand. Gratianus proser. In Regesto fol. 180.

47 Procuratores, seu Officiales deputati monasteriorum Monialium durare debent per triennium, & non ultra, seu de triennio in triennium, mutari debent. Sac. Cong. Episc. & Regul. in Orient. 16. Jul. 1615. apud Barbosa in Summa Apostol. decis. verb. Procurator. n. 3. & Monac. tom. 1. tit. 11. form. 14. n. 8. Immo si Episcopus animadvertat non esse utiles, parumque propensos, & diligentes servitio; etiam durante triennio poterit eos removere. Ead. Sac. Cong. in Surrentina 12. Maii 1617. apud Monac. l. c. n. 8.

48 Procurator contrahendo, etsi regulariter non proficiat, sed personam obligat mandantis, plures tamen sunt casus, in quibus propria obligat personam.

49 Primus casus est, si quis legitimis facultatibus contraxerit; Dicitur autem contrahere sine legitimis facultatibus, si mandato contrahendi caruerit, ut respondit Rota in Melevisana Redditionis super indemnitate 24. Aprilis 1750. §. 3. cor. Reverendiss. Molin.

50 Idem est, si mandatum fuerit revocatum; nec juvatur ambiguitate revocationis, & credulitate ratificationis, & vanum est dicere putabam; ut firmavit idem Sacrum Tribunal in Romana frumentii super reservatis 7. Martii 1742. cor. eodem.

51 Alter casus est, si Procurator habeat mandatum, sed mandans sit exterus, & ignoti nominis; Rota in dict. Romana frumentii super reservatis 7. Martii 1742. cor. eod.

52 Tertius casus est, si substituerit, & substitutus male se gesserit. Et nota id locum sibi vindicare, etiam si Procurator facultate substituendi donatus fuerit, modo facultas substituendi non sit directa in certam personam. Confer Rota in Romana pecuniaria 9. Decr. 1743. cor. Reverend. D. D. Caniliac. Decano, ubi quando Procurator non tenetur pro male gestis a substituto. (Ad rem leg. 19. tit. 5. p. 3. 20. 26. 28. 29. 30. 31. & 33. tit. 12. p. 5.)

(Conducunt decisiones tit. 10. lib. 1. For. Reg. undeviginti continet, parum discriminis inter eas, quæ sunt signatæ in Partit. Codice, & in hoc tit. 10. comprehensæ; vide etiam titulos Recop. Castel. tam legum quam Aucf. Accord. 24. lib. 2. atque Indice Recop. 28. lib. 2.)

PRODICALITAS. Vide tom. 1. verb. Avaritia n. 13.

14.

PROFESSIO FIDELI. Vide verb. Fidei professio.